



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

Svmmarivm Homiliæ Vigestimæ Seqventis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

men vt dæmoniacum accusari, Satanæ pytho-
nem audire, Dei inimicum reprehendi, taliq̃
calumnia tantis operibus correspondente la-
cessit: *Beelzebub habet, & in principe dæmonio-
rum eiecit dæmonia*, & præ stupore vix me con-
tineo.

71 Hæc Christus tam dolenter accepit conui-
tia, vt gestus ederet insolitos, patum est mode-
stia suæ, ac diuinæ compositioni, sed etiam vicio
communi non vñtato; vt de illo sic referat

Mar. 3. *Exierunt sui tenere eum, dicebant enim:*

quoniam in furorem versus est, de quibus dic
Mercurij præterito, qui nulli conuictorum, quæ
illi quàm plurima improperarunt, sic data ope-
ra, quàm huic studuit respondere, teste ipso E-
uangelista, quo tam luculentis probat argumen-
tis, nedũ nihil opera factum esse diabolicã, sed
quod cuncta diuinis sint adscribenda potestati-
bus: cuius & mulier de turba profert de Chri-
sto testimonium, eiusque supremam agnoscit
veritatem, qua Saluator vti voluit, sicut olim o-
pera Sanctarum mulierum Debboræ, Iudith,
Esther, ad vretibus inuolendum potentissimos
exercituum duces, eosque profectuentem, humi-
liandum, superandum, extulit autem illa vocem
ad eo caueram, vta toto perciperetur auditorio,
qua omnem illam deiecit, conuictique progeniẽ
viperaam: *Benius venter, qui te portauit, & v-
bera qua suxisti*. Psallat illa, & de hoc requissi-
morum verberonum confitabulo decantet il-
lud, quod olim de Holoferne Iudith virago il-
la mirabilis, & bonorum memoria digna: *Do-
minus omnipotens nocuit eum, & tradidit illum in
manus feminae, & confudit eum. Non cecidit potens
eorum à iuuenibus*, &c. sed Iudith filia Merari in
specie facies sua dissoluit eum. Gratus autem re-

Iudith. c.
16. 7.

demptor tanto beneficio, hac occasione ma-
ximè opportunè, vt illi gratiam referret, ac co-
ram omnibus eam honoraret, conuersus ad il-
lam, ait: optimum ac verissimum tuum est o-
mulier testimonium, verè namque beata pa-
rens, qua me suis genuit conceptum visceri-
bus, paruoque lacte aluit: artamen his supe-
raddo: *Beati qui audiuistis verbum & custodistis
illud*.

His verbis & mulierem Christus est conso-
latus, & omnes nos erudiuit, non sufficere ver-
bi tantum auditionem, sed requiri ciuitatẽ in-
pectore conseruationem: quia vt eleganter D. Au-
gustinus iure merito vocatur Dei verbum, animæ
cibus, est enim hoc nihil certius, quàm vt cibus
det corpori nutrimentum, seruetq̃que profectum,
non sufficere, vt stomacho recipiatur, sed ex ne-
cessitate requiri, stomachus illum conseruet,
calore digerat naturali, & per venas, artenas
ciuitatque corporis partes distribeat alimen-
tum. His congruam expendit Spiritus S. senten-
tiam: *Thefauros desiderabilis requiritur in ore sa-
pientis, vir autem stultus glutit illum*. Sic ipse so-
scribit ex nostra lectione vulgari: *Imprudens
homo dissipabit illum*. Vnde hanc aduertit ex-
hortationem: *Admonemus charitatem vestram: D. hinc
vt ea qua audiendo tanquam ventre memoria con-
ditis, rursus euoluendo, & cogitando, quodammodo
ruminetis*. Hoc quoque vos omnes doceo, mo-
neoque faciatis, dum verbo Dei auditores as-
sititis, illud memoria conseruetis tenacissima,
ruminetis frequentius, calore charita is digera-
tis, opere perficiatis, vt sit vobis vtilissimum, in
hoc mundo gratia, & in altero gloriæ cælestis
incrementum. Amen.

S V M M A R I V M

HOMILIÆ VIGESIMÆ SEQVENTIS.



CONTINET hoc Christi Euangelium duorum Regum sibi ex dia-
metro oppositorum descriptionem: qualiter quisque regni, quod
suum esse dicit, possessor, totis illud labore viribus conseruare
subiectum. Rex legitimus Christus esse perhibetur, qui cum in
animabus regnet iustorum, parte Ecclesiæ principali, illas vt sibi
debitum occupat regnum. Rex alter diabolus scribitur, qui per
peccatum, nominatim verò per Hæresim, illas tyrannica possidet
auctoritate. Licet autem tantò fiat hoc earum impendio, prout in nostro patet cõ-

eo, surdo & muto; toto tamen molimine conicitur, ne earum possessione elimine-
 tur, in quem finem sibi ministros adsciscit auxiliares hæresiarchas. Cum autem non
 leue timeatur ex ipso regno posse emergere periculum, ne tot tantisque ab ipso dia-
 bolo damnis contractum, subsidium, licet voce tenus imploraret, periculum præuc-
 nit, loquendi ponens obstaculum. Christus vt legitimus animarum rex, in earum salu-
 tem, agit de propellendo ex illis hoc tyranno diabolico, quem hodie viri huius corpo-
 re foras exturbat, & vt sibi hoc in munere famulentur, suos eligit duces, & conscribit
 ministros fidelissimos: tamen si verò hoc omnibus incumbat Euangelij professoribus,
 attamen archius multò huic astringuntur muneri ministri Sancti Tribunalis Inquisi-
 tionis, qui hæresim extirpantes, titulo de illis dicitur hoc singulari, quòd dæmones
 eiciant potestate, quâ hæreticos possident. Ad hoc edita publicant, quibus Christi-
 nos ad hæreticorum obligant denuntiationem, quatenus debito supplicio venenosa
 infectio sopiatur. Hæc omnia quatuor describuntur articulis. *a.* Primò: liquidò con-
 stat, quanti Christus faciat, esse se regem fidelium animarum, cum illas habeat, defen-
 dat, & vt proprium sibi regnum tueatur. Deinde patet quâ diabolus illas iacturâ pos-
 sideat, quando per hæresim plenariò illarum potitur dominio, torquet non mitius
 quam rex, tyrannus sæuissimus. *b.* Secundus, exponit articulus, quàm sibi directè op-
 ponantur ministri Dei, & diaboli, Dei ministri sunt S. Inquisitionis contra hæreticos
 officiales. Demum, quâ ratione ad tutiorem regni Christi custodiam ac defensionem
 institutum sit S. Tribunal Inquisitionis. *c.* Tertius confirmat, quàm iustè plenaria
 hoc Tribunal polleat auctoritate castigandi hæreticos, illos censuris aliisque modis
 reprimendi. Nec non quanta debeant inuigilare ministri diligentia, vt hæreticos
 comprehendant, pro peccati mensura puniendos. Quartus: ignem declarat esse pro-
 prium hostibus fidei supplicium, cum ipsorum personis, tum libris infligendum. In
 quem finem optimè quadrat (*a.*) edictorum publicatio, quæ liget subditos ad hære-
 ticorum denuntiationem, etiam omnia fraterna correptione.

a. s. 1.
 2. 3.
 b. s. 4.
 5.
 c. s. 6.
 d. s. 7.
 8. 9.
 [a] Cas
 muy a
 p. 100

§. 1. Christus, & diabolus duo sunt Reges sibi
 contrarij, distinctaque possident regna.
 §. 2. Regnum Christi est Ecclesia, regnum dia-
 boli sunt hæretici, & infideles.
 §. 3. Tunc de damone dicitur, quod persectè
 quempiam possideat, quando eum in hæresim
 & à fide Apostasiam impellit.
 §. 4. Diuerfos sibi que contrarios habens mini-
 stros Christus, & diabolus.
 §. 5. Instructioe & motu Spiritus S. institutum
 fuit tribunal S. Offi. Inquisitionis, ad Chri-
 sti regni conseruationem.

§. 6. Insiissima ratione pollent Inquisitores &
 auctoritate & potestate ad puniendum hæ-
 reticos.
 §. 7. Merito tradit ignibus S. Tribunal Inqui-
 sitionis hæreticos, aliisque plerumque generibus
 suppliciorum.
 §. 8. Aequissima ratione promulgat S. Tribu-
 nal Inquisitionis edita contra hæreticos.
 §. 9. Non est cum hæreticis seruanda fraterna
 correctio, sed illa praterita, confestim sunt
 denunciandi.

